UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Statu & Vita Religiosorum seu Monachorum. Tit. 12

urn:nbn:de:hbz:466:1-62002

Visual Library

*Gutier. in c. quamvis pactum. de pact. in 6. & verb. dum nuptui tradebatur. & Canon. quæſt. lib. 2. cap. 1. num. 26. cum ſeqq.*

# TITULUS XII.

## De Statu & Vita Religioſorum, ſeu Monachorum.

### SUMMARIA.

1. *Status ſumitur generaliter & ſtricte.*
2. *Generaliter quomodo.*
3. *Stricte quomodo.*
4. *Tales conſtituuntur in Eccleſia tres, & quare.*
5. *Primus Religioſorum: Et quotuplex.*
6. *Quomodo hic accipitur.*
7. *Religioſi quomodo vitam componere debeant.*
8. *Certa propterea traditæ regulæ; & circa quæ.*
9. *Quæ circa negotia & Officia. Primo.*
10. *Ne venentur, aut Jaculatoribus intendant.*
11. *Procurent aut poſtulent, niſi cum Superioris licentia.*
12. *Qui poſſunt citra illam.*
13. *Tabellionis officium ne exerceant.*
14. *Arbitrium ne ſuſcipiant.*
15. *Chirurgiam non exerceant.*
16. *Tutelæ adminiſtrationem ſuſcipiant.*
17. *Fidejubeant.*
18. *Juri Civili aut Medecinæ operam dent.*
19. *Ultimæ voluntatis Executores ſint.*

20. Se-

20. *Secularia commercia exerceant.*
21. *Quæ circa vitam & mores: Caſte vivant.*
22. *Arma intra monaſterii ſepta non habeant.*
23. *Proprium non poſſideant.*
24. *An poſſint habere peculium.*
25. *Quale.*
26. *Superiores ſubvenire debent Religioſis: Et quomodo.*
27. *Quid in his ſtatuit Concilium Tridentinum.*
28. *Sepulturam ſibi ne eligant Religioſi.*
29. *Principum ſecularium Curias ne accedant.*
30. *Decimas uſurpent.*
31. *Ab Earum ſolutione alios retrahant;*
32. *Prælatis ſuis obediant.*
33. *Et Epiſcopis.*
34. *Monaſteria exempta, ſingulis trienniis ſe congregent.*
35. *Religioſi quibus caſibus Juriſdictioni Epiſcopali ſubſunt.*
36. *Etiam Exempti Eccleſias & Decimas à Laicis, abſq; Epiſcopi conſenſu accipere vetantur, & alia.*
37. 38. *Subſunt & in aliis Epiſcopali Juriſdictioni.*
39. *Controverſias de Monachorum præcedentia Epiſcopus decidit.*
40. *Regulam religioſe ſervare tenentur.*
41. *Quid circa hoc cantum, remiſſivè.*
42. *Quid circa carnium comeſtionem.*
43. *Quid circa habitum & veſtitum.*
44. *Gaudent Religioſi omnes Clericorum privilegiis omnibus.*


Sequ

SEquitur, ut de *Religioſorum ſtatu* & *vitæ obſervantia* tracte-
mus.
*Status* ſecundum Leſſium *lib. 2. de Juſt. & Jure cap. 41.* 1
*dubit. 1.* ſumitur dupliciter; *generaliter* & *ſtrictè.*

*Generaliter*, pro quavis vitæ conditione, in qua homo, ad tem- 2
pus, vel perpetuò, ſtat & permanet. Sic dicitur ſtatus innocentiæ, le-
gis naturæ, Moſaicæ, Evangelicæ, hujus vitæ vel futuræ, ſtatus Eccleſi-
aſticus, Sæcularis, ſervorum, liberorum, viduarum, & ſic de ſimilibus.
*vide Cajetan. qu. 183. art. 1.*

*Strictè*, pro conditione vitæ immobili, per quam ſumus obſtri- 3
cti alteri; ut denotet quandam firmitatem. *D. Thomas qu. 183. art. 1.*

Quales tres in Eccleſia conſtituuntur à D. Thoma, *d. loco.* Scili- 4
cet *Epiſcoporum*, *Religioſorum*, & *Conjugatorum.* Nam *Epiſcopi* vin-
culo perpetuo Eccleſiæ ſuæ obſequio ſunt adſtricti; *Religioſi* obſequio
divino; obſequio mutuo *Conjuges.* Duo priores ſunt ſpirituales, &
*Status perfectionis* vocantur; ſecularis eſt tertius.

*Religioſorum Status* rurſus ſumi poteſt dupliciter: Nempe vel in 5
*actu primo*, ut loquuntur, ſive in habitu; & ſic nihil eſt aliud quàm de-
bitum vivendi religiosè; vel in *actu ſecundo*, & ſic eſt ipſa religio ſeu
monachalis vita.

*Hoc titulo* accipimus *Statum* pro vitæ conditione, per quam alteri 6
quis devincitur: verbi gratia, profeſſus per votum triplex, *caſtitatis* ſci-
licet, *paupertatis* & *obedientiæ*, adſtringitur vitæ religioſæ.

*Religioſam vitam* qui degere volunt, debent eam ad regulæ 7
quam profeſſi ſunt, præſcriptum inſtituere & componere. *c. ad mona-
ſterium. 6. hic. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 1.*

Ut hoc facere poſſint certæ de eorum *negotiis* & *officiis*, *moribus* & 8
*vita*, *habitu* & *veſtitu*, traditæ ſunt regulæ.

Circa *negotia* & *officia*; *Primò:* Ne aucupationes & venationes, 9
etiam recreationis gratiâ habeant, canes aut aves venaticos alant, tene-
antur: *Clem. ut in agro. 1. §. porro. hic. Navar. comment. 4. Regular. num.
16. c. Clerici. de Cleric. venat. Bellet. disquiſit. Cleric. part. 1. tit. de diſcipl.
cleric. §. 19. num. 1. verſ. quod etiam multò magis.* quamvis proprios re-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ditus in venatione habeant: *Salzed. ad Bernard. cap. 70. lit. C. Barbo. Jur. Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 43. num. 27.*

10 *Secundò;* Ne mimis, jaculatoribus, hiſtrionibus intendant: *c. Clerici. 15. de vita & honeſt. Cleric. c. 1. ne Clerici vel monachi. Tambur. de jure Abbatum. tom. 3. diſput. 9. qu. 6. num. 24.*

11 *Tertiò;* Ne munus Advocati, vel Procuratoris; niſi Superioris licentiâ obtentâ, *Sanch. in præcepta Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 13. in princ. num.* 8. & monaſterii utilitate, ſive directâ. *in d. c. 2. Anton. & Card. & Ancharan. & Imola.* ſive indirectâ, *Redoan. d. qu. 2. num. 27. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 2. num. 33.* exigente, concurrentibus; *can. monachi. 35. cauſ. 16. qu. 1. Clem. religioſus. de procurat. Sylveſt. in Sum. verb. Advocatus. qu. 6. Sayr. in Clavi Regia, lib. 12. cap. 22. num. 3. Fr. Emman. quæſt. regular. tom. 3. qu. 41. art. 2. & 5.* & quidem ſimul, *d. can. monachi. & c. 2. de poſtuland. Redoan. de ſpol. Eccleſ. qu. 2. num. 27. Sayr. d. cap. 22. num. 5.* exerceant.

12 Citra tamen *illam concurrentiam* poſſunt; Si quidem ſint Religionis Superiores: *can. præſentium. & ibi Gloſſ. verb. defenſor. 16. qu. 1. & Gloſſ. in verb. Religioſus. in Clem. religioſus. ubi Imola. num. 12. Abbas num. 4. Bonifac. num. 21. & 22.* Negotia pertineant ad Abbatem, monaſterium, Epiſcopum, ejuſdem religionis Religioſum, *Pacian. conſil. 162. num. 189. cum ſeqq. Sanch. d. cap. 13. num. 19. cum ſeqq.* miſerabiles perſonas, *d. Gloſſ. in verbo defenſor. Navarr. d. commento. 2. num. 6. Pacian. d. conſil. 162. num. 162. Sanch. d. cap. num. 23.* plures monachos in communi, *fac. c. cum. J. & A. num. 12. de ſentent. & re judic. c. cum olim. de accuſat. Gloſſ. in d. Clem. religioſus. verb. conſorte. Sanch. d. cap. 13. num. 25.* patronum Laicum, Principem, monaſterii defenſorem, amicum. *de Franchis. de controv. inter Epiſcop. & Regul. in quæſt. variis. qu. 102.* Si ex advocationis aut procurationis lucro Eccleſiæ ære alieno gravatæ ſubveniatur. *de Franchis. d. tract. qu. 103. Barboſa d. loc. num. 44. cum ſeqq.*

13 *Quartò:* Ne tabellionis officium exerceant: *arg. c. ſicut. Ne Clerici vel Monachi. Sanch. d. cap. num. 46.* Inſtrumenta tamen in ſæculo confecta vel in protocollo, ſuccinctè conſcripta, poſt profeſſionem cum ſuperioris licentiâ perficere poſſunt. *Covarr. pract. reſol. cap. 13. num.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*num.* 8. *verſ. monachus. Navar. d. commento.* 2. *num.* 42. *Sanch. d. loc. num.* 49. *cum ſeq. Tambur. d. diſp.* 3. *qu.* 6. *num.* 28. *Barboſ. d. loc. num.* 48.

*Quintò;* Ne arbitrium citra concurſum licentiæ Superioris, & 14
utilitatis monaſterii, ſuſcipiant: *Pacian. d. conſ.* 164. *num.* 188. *Sanch. d. cap.* 13. *num.* 55.

*Sextò;* Ne in teſtamento teſtentur; *c. nuper de teſtib. Ang. de Aretio conſ.* 232. *col.* 2. *Ang. de Amicis conſ.* 133. *num.* 22. *Farin. d. qu.* 61. *num.* 130. *Surd. deciſ.* 129. *num.* 1. & 2. aut in judicio, abſque Superioris licentia, teſtimonium dicant: *Albert. de Malertis tract. de teſtib. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 28. & *ſeq. Campeg. tract. de teſtib. reg.* 94. *Sanch. d. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 103. Dictum tamen valet. *Barth. Socin. conſil.* 17. *num.* 16. *vol.* 1. *Farinac. tract. de teſtib. qu.* 61. *num.* 134. *Guido Papæ deciſ.* 517. *Utrum religioſi. col.* 2. *Pacian. conſ.* 262. *vol.* 1. *num.* 75.

*Septimò;* Ne chirurgiam cum inciſione vel aduſtione: *c. tua nos.* 15
*de homicid. c. ſententiam. ne Clerici vel monachi. Tamburin. d. tom.* 3. *diſput.* 3. *qu.* 6. *num.* 32. Niſi, (non pietate, *Sanch. d. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 16. *Abb. in d. c. tua nos,* & *d. c. ſententiam. num.* 23. *Pariſ. conſil.* 96. *col. ult. vol.* 4. ſed) neceſſitate urgente: *Henriq. in Sum. lib.* 12. *de viceg. cap.* 11. §. 1. *Sayr. de cenſur. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 11. *Avila de cenſur. part.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 1. *dub.* 10. *Bonacina de cenſur. diſp.* 5. *qu.* 3. *puncto* 5. *num.* 4. *verſ. addo.* aut Medicinam, niſi cauſſa pietatis, *Tamburin. d. tom.* 3. *diſp.* 3. *qu.* 6. *num.* 33. *Sanch. d. cap.* 14. *num.* 18. & 19. exerceant.

*Octavò;* Ne tutelam ullam, teſtamentariam, dativam, *can. fin.* 16
*diſt.* 86. *Novel.* 123. §. *Deo autem amabiles. Azor. inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 11. *qu.* 3. *Tambur. d. diſp.* & *qu.* 6. *num.* 34. legitimam, *d. Novel.* 123. *Molin. de Juſt.* & *Jure tract.* 2. *diſp.* 221. *col.* 3. *verſ. religioſus tutor.* etiam miſerabilium perſonarum, *Sanch. d. cap.* 14. *num.* 26. *Novarr. de privileg. miſerab. perſon. priv.* 86. & cum licentia Superiorum, *d. Novel.* 123. §. *Deo autem. Molina, d. loco. Coſta de remed. ſubſidiar. remed.* 72. *num.* 7. *Sanch. d. cap. num.* 25. *Gutier. de tutel. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 30. ſuſcipiant.

*Nonò;* Ne, niſi de licentia Prælati & majoris partis Capituli, fide- 17
jubeant: *c. pen. de fidejuſſ. Molin. d. loco. diſp.* 549. *num.* 9. *Rebell. de oblig. Juſt. part. lib.* 16. *qu. un. de fidejuſſ. num.* 13. *Bellet. diſp. Clerici.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*part.* 1. *tit. de diſcipl. Cleric.* §. 32. *num.* 7. *Laur. de Peirinis. de Prælat.* 3. & 5. *num.* 29. *cum. ſeq.*

18 *Octavò;* Ne exeundo clauſtrum, Medicinæ, aut Juri Civili, c. *non magnopere.* 3. *c. ſuper ſpecula. fin. Ne Clerici vel Monachi.* niſi ut ſocius Jus Canonicum intelligant, operam dent; *Gomez. ad reg. Cancel. reg. de jure quæſ. non tollend. qu.* 3. *circa fin. Tambur. d. loco num.* 3. *Sanch. d. lib.* 6. *& cap. num.* 43. *Fr. Emman. d. tom.* 2. *qu.* 74. Contra faciant, & tertiò moniti non abſiſtant, & intra duos menſes, à die egreſſionis numerandos, *Panorm. in d. c. non magnopere. num.* 8. *Sanctarel. de apoſtat. cap.* 2. *num.* 20. non revertantur, excommunicantur. *d. c. non magnopere. Barboſ. d. loc. num.* 91.

19 *Nonò;* Nè executionem teſtamenti; ſive ad cauſſas profanas, ſive ad pias, abſque Superioris etiam immediati, *Joan. Andr. Arch. d. c. num.* 1. *Anchar. num.* 3. *notab.* 2. *Domin. in princ. num.* 2. *Franch. num.* 3. *in d. c.* 2. licentia, ſuſcipiant: *c.* 2. *& ult. de teſtam. in* 6. *Clem. un. eod. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 123. *num.* 1. *Hieron. Roderic. in compend. quæſt. reſolut.* 135. *num.* 16. *Laur. de Peirinis d. tract. quæſt.* 3. *cap.* 5. *num.* 22. *vide Sanch. in præcepta Decal. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 11. Ratihabitione hic excluſa: *Sanch. d. cap.* 11. *num.* 10. *Barboſ. d. lib. & cap. num.* 67. *Fratres* Minores, nè quidem cum ea; *Gloſſ. verb. Religioſus. in d. c.* 2. *Sanch d. cap.* 11. *num.* 24. *cum ſeqq. Hieron. Roderic. d. reſolut.* 135. *num.* 17.

20 *Decimò;* Nè commercia ſecularia; ut mercaturam, exerceant: *c. ſecundum.* 6. *ne Cleric. vel monachi.*

21 Circa *vitam & mores Primò* caſtè vivant; fæminas non oſculentur *can. monachi.* 104. *de conſecrat. diſt.* 5. earum converſationes, confabulationes fugiant; *can. his igitur. diſt.* 23. cum eis non laventur *can. non oportet.* 16. *diſt.* 4. concubinas non habeant: *can. præter hoc.* 6. *diſt.* 32. *ubi Gloſſ.* 1. à matrimonio contrahendo ſive publicè, ſive occultè, ſub pæna annullationis matrimonii contracti, excommunicationis, & incluſionis perpetuæ, abſtineant: *c. un. de voto. in* 6. *Concil. Turon. ſub Pelagio I. Innoc. II. cum Rom. Synodo. circa Ann.* 1135. *Simoncas tradit. Bull. lib.* 1. *de Cleric. cap.* 19. *Roderic. tom.* 3. *qu.* 1. *art.* 1. *Suar. tom.* 3. *de Religioſ. lib.* 2. *cap.* 10. *Leſſ. lib.* 1. *cap.* 20. *dubit.* 19.

Azor.

*Azor. Inſtit. moral. lib.* 12. *cap.* 6. actus omnes, internos, externos, caſtitati repugnantes; cujusmodi ſunt cogitationes obſcenæ, moroſæ delectationes, immunditia, tactus impudici, oſcula, omnes denique actus libidinoſi; caveant: *Strein. in Sum. Jur. Canon. part.* 1. *tit.* 15. *de regular.* §. 7. *num.* 5. mulieres cujuscunque ſint dignitatis, Imperatoriâ & Regiâ exceptis, *Suar. tom.* 4. *de relig. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 7. *Bonacina de clauſura qu.* 5. *punct.* 2. *num.* 5. *Joan. à Cruce de ſtatu relig. cap.* 5. *dub.* 1. *concl.* 2. *Pii V. conſtit. incip. Regular. perſonarum ſub dato* 13. *Octobr.* 1566. ſub qualicunque facultatum conceſſarum prætextu, ſub pæna excommunicationis, Papæ reſervatæ, privationis dignitatis & beneficiorum, & inhabilitatis ad alia, *Conſtit. Gregor. XIII. incip. Ubi gratiæ. Idib. Junii. An.* 1575. in monaſterium, *Fr. Emman. quæſt. regular. tom.* 1. *qu.* 48. *art.* 3. & 4. *Aloyſ. Riccius in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 648. *in edit.* 1. *alias reſolut.* 544. *num.* 8. *in edit.* 2. *Fr. Joan. à Cruce. de Statu relig. lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 1. *concluſ.* 1. *Sanchez. in præcepta decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 17. *Bonacina de Clauſura. qu.* 5. *punct.* 1. *Hieron. Roderic. in compend. quæſt. regular. reſolut.* 27. *Novar. in Summa Bullarum. tit. de clauſura. pag.* 607. *cum ſeqq.* ejus prata, hortos, *Sanch. d. loc. num.* 12. *Coriolan. de caſib. reſervat. part.* 2. *caſu* 3. *num.* 3. *verſ.* 3. *Bonacina. d. loc. num.* 6. *Novar. d. loco num.* 3. *Sacra Congr. Cardin. negot. Epiſc. & Regul. præpoſ. declar. ſub die* 13. *Septemb.* 1583. ſacriſtiam, *Coriolan. d. cap.* 3. *num.* 31. *verſ. quæſito quarto. Novar. d. loc. num.* 4. *Bonac. d. punct.* 1. *num.* 4. temerariè, *Coriolan. d. cap.* 3. *num.* 32. non introducant.

*Secundò* Arma intra monaſterii ſepta abſque ſuorum Superiorum 22
licentia, ſub excommunicationis ipſo facto incurrendæ pæna non teneant: *d. Clem. ne in agro.* §. *quia verò. de ſtatu monach. Navar. in man. cap.* 27. *num.* 139. *verſ.* 37. *Suarez. tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 23. *ſect.* 5. *num.* 1. *Fr. Emman. quæſt. regular. tom.* 2. *qu.* 60. *art.* 2. *verſ. quarta. Filliuc. tract.* 14. *cap.* 8. *quæſt.* 6.

*Tertiò* Proprium, quoquo modo, non poſſideant: *can. non* 23
*dicatis.* 22. *qu.* 1. *d. c. cum ad monaſterium. c. Johannes.* 5. *de regular. Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de regular. cap.* 2. Poſſidere deprehenſi regulari prævia monitione, è monaſterio expelli, *juxta d. c. cum ad monaſterium.* in monaſterii ergaſtulo, quo pœnitenti-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

am agant, includi, *juxta. c. fin. de regular. Sanch. d. tom.* 2. *lib.* 7. *ca*. 20. *num.* 12. *poſt Abbat. in d.c. cum ad monaſterium num.* 13. vocea- vâ & paſſivâ privati per biennium, juxta ſui Ordinis conſtitutiones p- niri: *juxta Concil. Trident. d. ſeſſ. & cap. vide Navar. conſ.* 6. *de electi* 6. *in antiq. aliàs conſ.* 6. *de verb. ſignif. in novis. Sayr. in florib. deciſ.* *de elect. deciſ.* 6. poſt mortem aliquid proprii habuiſſe in vita deprehen- ſi, in ſterquilinio cum illo proprio, toto, *ſecund. d.c. cum ad monaſte- rium* ejus parte, ſecund. Doctores extra monaſterium, ſepeliri; *d.c. cum ad monaſterium. ubi Zabarell. num.* 1. *notab.* 2. *Jacob. de Graſſis* *aureis deciſ. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 5. *Surd. de aliment. tit.* 8. *privi- leg.* 79. *num.* 2. *Fr. Emman. quæſt. regul. tom.* 3. *qu.* 61. *art.* 1. *verſ.* *Sanch. d. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 20. *num.* 11. *Barboſ. d. lib. & cap. num.* & 89. ſepulti in loco ſacro, effodi & ab Eccleſia projici, *d.c. ſuper qui- dam.* 4. *hoc tit.* debent.

24 Peculium tamen ex permiſſione Prælati pro adminiſtratione rum habere Monacho licet; *c. Monachi.* 2. *verſ. qui verò. eod. non cum* proprietate tenus: Quod proprietatis abdicatio, ſicut & cuſtodia ca- ratis, adeò monachali regulæ ſit annexa, ut adverſus eam, nè Sum- mus quidem Pontifex poſſit indulgere licentiam: *d.c. cum ad monaſteri- um. in fin.*

Sed hoc paſſim intelligunt Doctores, remanente ſtatu Monach- li ſeu religioſo, cui repugnat habere aliquid *proprium*, prout com- mine ſignificatur *dominium & uſus, independens à Superiore.* Ali- quin ut Religoſus poſſit habere dominium alicujus rei ſeu peculium quod à Superioris nutu dependeat aſſiduè, *contra Felin in c. cum num.* 26. *verſ. eadem reaſſumit. de conſtit. Carol. Tapiam ad Auth. ingreſſi deSS. Eccleſ. verbo, ipſo ingreſſu. cap.* 3. *num.* 54. rectè docent *Navar. com- mento* 1. *de regular. num.* 14. *& comm.* 3. *num.* 27. *& conſ.* 20 *num.* *ſub tit. de regular. Corduba in ſum. qu.* 54. *opin.* 2. *Fr. Emman. d. tom.* 29. *art.* 8. *& in ſum. tom.* 2. *cap.* 30. *num.* 3. *in princ. Sanch.* 3. *in præ- pta decalogi. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 22. *num.* 5. *Barboſa. Jur. Eccleſ.* *lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 73. Nec hoc, *ut volunt; Paſſarel. in privileg. Fratr. Minor. poſt cap.* 43. *ſub tit. de propriet. abdicanda. Petr. Nava de reſtit. lib.* 3. *cap.* 1. *part.* 3. *dub.* 1. *num.* 163. *Fr. Emman. in ſum. tom.*

ca

*cap.* 31. *num.* 3. *verſ. lo tercero digo & quæſt. regul. tom.* 2. *qu.* 47. *art.* 15. *in fine. & tom.* 3. *qu.* 29. *art.* 12. *Zerola in praxi Epiſc. parte* 1. *verb. Moniales.* §. 2. Tapia *d. loco. num.* 55. *Molina de Juſt. & Jure tract.* 2. *tom.* 5. *diſp.* 276. *col. pen. verſ. verum autem. Leſſius eod. tract. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 5. *num.* 30. per Concilium Tridentinum *d. ſeſſ.* 25. *de regular. cap.* 2. eſt correctum. *Navar. de commento.* 2. *num.* 15. & 18. & *d. conſ.* 20. *Jacob. de Graffis in aureis deciſ. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 53. *Pacian. conſ.* 36. *à num.* 99. *tom.* 1. *Ledeſma in ſum. tom.* 2. *tract. de ſtatu relig. in communi. cap.* 4. *concl.* 3. *dub.* 13. *Villalob. in ſum. part.* 2. *tract.* 35. *dub.* 30. *num.* 2. *Miranda in man. Prælat. tom.* 1. *qu.* 28. *art.* 8. *Sanch. d. cap.* 22. *num.* 12. *Barboſa. d. loco. num.* 74.

Iſtud *peculium* Religioſo conceſſum debet eſſe *modicum*, non 25
ſuperfluum. *Sanch. d. cap.* 22. *num.* 17. Habita tamen perſonæ, officii, & regularis ſtatus paupertatis, quam profeſſus, cæterarumque qualitatum ratione. *Armendar. in addit. ad recop. Legum Navarræ lib.* 1. *tit.* 18. *lib.* 7. *de religion. num.* 84. *Barboſ. d. loc. num.* 75.

*Propria* igitur, etiam parvi momenti, *Armendar. d. lib.* 7. *num.* 77. 26
*Barboſ. d. loc. num.* 79. poſſidere non poſſunt Regulares utriuſque ſexus, ſed omnia dare debent ſuis Superioribus, à quibus primò ſubveniendum eſt neceſſitatibus eorum vel earum, quibus munera fuerunt deſtinata, in uſum monaſterii conferendum reliquum. *Ita deciſum per S. Congregat. ut ref. Navar. d. com.* 2. *de regular. num.* 18. *Franc. Leo in theſ. fori Eccleſ. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 41. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi. part.* 3. *alleg.* 103. *num.* 3. & *Jur Eccleſ. univ. d. lib. & cap. num.* 77.

Permittit tamen hodie Concilium Tridentinum *d. ſeſſ.* 25. *de* 27
*Regular. cap.* 3. omnibus monaſteriis etiam mendicantium (Capucinorum & Minorum de obſervantia conventibus exceptis) ut deinceps bona immobilia liceat poſſidere in communi. *ut docent Navar. de oratione. cap.* 22. *num.* 82. *Fr. Emman. d. quæſt. regular. tom.* 3. *qu.* 29. *art.* 14. *Azor. Inſt. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 23. *qu.* 8. *Fr. Joan. à Cruce. de ſtatu relig. lib.* 1. *cap.* 4. *Venero de Exam. Epiſcopi. lib.* 6. *cap.* 13. *in princ.*

*Quartò*; Nè ſibi ſepulturam eligant; niſi ita remotè à monaſte- 28
rio moriantur, ut ad illud commodè portari nequeant. *Gloſſ. verb.*

*ſepul-*

*ſepulturam. ult. in c. fin. de ſepult. in* 6. *Fr. Emm. d. tom.* 3. *qu.* 6. *art.*
*verſ. advertendum tamen eſt Lavor. var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 11
*ex num.* 91. *Barboſa de offic. Parochi. cap.* 26. *num.* 30.

29 *Quintò*; Nè adminiſtrationem non habentes, Principum ſecu-
larium ad curias abſque Superiorum licentia ſpeciali, ſub pœna ex-
communicationis, accedant. *Clem. Ne in agro.* 1. *verſ. quia verò. eo.*
*tit. Bonacina. de cenſur. extra Bull. diſp.* 2. *quæſt.* 8 *punct.* 9. *Suar. tom.*
*de cenſur. diſp.* 23. *ſect.* 5. *num.* 6.

30 *Sextò*; Nè decimas, Eccleſiæ debitas, aut ad ipſos non per-
tinentes, uſurpent: uſurpatas ut intra menſes duos poſt admonitio-
nem, ſub pœna excommunicationis, reſtituant. *Clem.* 1. *de decim.*
*Gambarupt. de caſib. reſervat. cap.* 11. *num.* 7. *Filliuc. tract.* 14. *num.* 12.
*verſ. quinta. Barboſ. d. lib.* 1. *Jur Eccl. univ. cap.* 43. *num.* 107.

31 *Septimò*; Nè à decimarum Eccleſiis debitarum ſolutione au-
ditores ſuos, in ſermonibus ſuis aut alibi, ni ipſo facto excommunicari
velint, retrahant. *Clem. cupientes. de pœnit. Barboſ. d. loc. num.* 10

32 *Octavò*; Ut Prælatis ſuis obediant, ni inobedientes & incorrigi-
biles ſi ſint, ab iis vel excommunicari, vel monaſterio expelli velint.
*c. cum in Eccleſiis. de major. & obed. d. c. cum ad monaſterium.* hoc
appellatione, niſi à correctione immoderata & regulæ limites tran-
greſſa, remotâ *c. licet. de offic. ordin. c. de priore de appellat. Navar. con.*
4. *tit. de appellat. & conſ. un. tit. de ſent. & re jud Quarant. in ſum. Bul-*
*lar. verb. Archiepiſcopi auctoritas. auctor.* 18. *num.* 20. *verſ. conclu-*
*nem. Scaccia de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 26. *num.* 8. *Sayr in clavi regia*
12. *limit.* 17. *à num.* 38. *Barboſ. d. loc. num.* 109. *cum ſeqq.*

33 *Nonò*; Ut non ſolum ſuis Prælatis, ſed & Epiſcopis Ordinariis
ſubſint, eis in omnibus obediant, ni ab iis corrigi & puniri velint. *can.*
*qui verè. can. quidam.* 16. *qu.* 1. *Concil. Melden. cap.* 59. *Concil. Trid.*
*ſeſſ.* 6. *de reform. cap.* 3. *& ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 8. *Barboſ. d. loc.*
*num.* 113. *cum mult. ſeqq.*

34 Imò, cum, ubi diſciplinæ contemnitur gubernaculum, nihil re-
ſtet, quam ut naufragetur religio, *Clem. attendentes in princ. hinc*
monaſteria, quæ Capitulis generalibus aut Epiſcopis non ſubſunt,
nec ſuos viſitatores ordinarios habent, quolibet triennio ſeſe in con-
gre-

gregationem redigere debeat, id eſt, ſingulis trienniis Regularium inſtituere Concilia provincialia: *c. in ſingulis. in pr. eod. Concil. Trident. d. ſeſſ. 25. de reformat. cap.* 8. in quibus corrigantur, quæ videbuntur corrigenda. Viſitatores etiam creandi, qui viſitationis officium exequantur diligenter, omniaque & ſingula, quæ de Monachorum ſtatu ſunt conſtituta *in d. Clement. Attendentes.* curent obſervari fideliter: Quod ſi id negligant Regulares, Metropolita ſeu Archiepiſcopus, eoque negligente Epiſcopus, in cujus diœceſi ſunt monaſteria, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, poſt ſuperiores admonitos, & intra ſex menſes non viſitantes, juxta regularia ſtatuta, *Barboſa. d. lib. & cap. num.* 114. cogere poſſunt. *Concil. Trident. d. cap. 8. Zerola in praxi Epiſc. part. 2. verb. Monaſteria. §. 2. Vallenſ. in parat. h. t. num. 7. in fin.*

Multis enim caſibus *Religioſi Jurisdictioni ſubſunt Epiſcopi*: Nam eos excommunicare poteſt, ſi commorentur in Abbatiis, Prioratibus, Præpoſituris, & in beneficiis ſive Curatis, ſive non, ubi non viget obſervantia regularis: *Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reformat. cap. 8. Lauret. de Franchis. de controv. inter Regular. & Epiſcop. quæſt. 6. verſ. decimò*: ſi admittant ad officia divina, vel ſepeliant excommunicatos ab Epiſcopo: *Abb. in c. ſacris. num. 7. de ſepult. de Franch. d. qu. 6. verſ. decimò ſeptimò.* contradantes vel recipientes aliquid pro ingreſſu Novitii, procedit per cenſuras: *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 18. Fr. Emman. d. quæſt. regular. tom. 2. qu. 63. art. 11. Lezana in ſum. quæſt. Regular. tom. 1. cap. 11. num.* 12. per eandem, ut Novitiis profeſſionem facere recuſantibus, reſtituant omnia ſua, eos cogit: *Concil. Trident. d. ſeſſ. 25. cap. 16. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 1. diſp. 15. qu. 7. num. 29. Lezana. d. ſum. tom. 3. verb. Epiſcopus. num.* 8. quis monialium numerus ſtatuendus una cum Superiore decernit: *Barboſ. ex Concil. Trid. & Conſt. Gregorii XIII. tract. de off. & poteſt. Epiſcopi. part. 3. alleg. 98. num. 3. Tambur. de Jure Abbatiſſar. diſp. 5. qu. 1. num. 4. Lezana. d. verb. Epiſcopus. num.* 9. extra monaſteriorum clauſtra aut ambitum, citra conſuetudinem aut privilegium facientes sproceſſiones punit: *Zerola, part. 1. verb. proceſſiones. verſ. ad quartum. Cened. Canon. quæſt. 26. num.* 18. dejectos ab ordine ſuo, *Zerola in praxi Epiſc. d. part. 2. verb. Regulares. verſ. tertiò. de Franchin. d. tract. 5. num.* 9. & à Regularium juriſdictione, qualicun-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

que ratione, liberatos, judicat: *c. 1. de religioſ. domib. in 6. de Franch. d. qu. 5. num. 11.* ut Eccleſias à Secularibus ſine conſenſu illius recipiant, prohibet: *can. decimas. 16. qu. 7. c. quod autem. in fin. c. illud. verſ. tum. quia. c. nullus. de jure patron. c. cum & plantare. in princ. verſ. Eccleſiæ. de privileg.* profeſſionem ante ætatis annum decimum ſextum aut aliàs, nulliter factam, nullam eſſe declarat: *Lezana de verb. Epiſcopus. num. 5. & 12.* omnia quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, verbi gratia Chriſmatis confectionem, ordinum collationem, & ſimilia, in eos exercet: *Eraſm. de Cochier de Juriſdict. Ordin. in exempt. part. 2. qu. 45. num. 16. & part. 4. qu. 11. Lezana d. verb. Epiſcopus. num. 15.* librorum ab eis compoſitorum editionem approbat: *Concil. Trident. ſeſſ. 4. in decreto de edit. librorum.* extra clauſtra degentes, & ſcandaloſe delinquentes, niſi à Superioribus ſuis admonitis puniantur ſevere, punit: *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 14. Nav. comment. 2. de Regular. num. 63. Fr. Emman. d. tom. 2. qu. 2. art. 6. & d. qu. 63. art. 4. Atdiere de tuenda relig. diſciplina. lib. 1. cap. 3. num. 35. & in alleg. pro omnimoda Regular. exempt. part. 1. cap. 6. num. 9. Riccius in prax. rer. fori Eccleſ. deciſ. 650. aliique alleg. per Barboſ. d. lib. & cap. num. 11. & tract. de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 115. à num. 18. & in collect. ad c. ult. num. 8. de ſtatu monachor.* non tamen per cenſuras: *ut vult Fr. Emman. d. tom. 2. qu. 63. art. 7. verſ. ad concludendum dico.* Cum hoc Concilium Trident. *d. ſeſſ. & cap.* non exprimat. Et tamen ſoleat hoc apertè declarare, ubi poteſtatem per cenſuras puniendi exemptos, Epiſcopus concedit: Prout fecit *ſeſſ. 22. in decreto de obſervand. & vitand. in celebrat. Miſſæ.* dum concedit Epiſcopis auctoritatem procedendi per cenſuras contra exemptos in oratorio ab Ordinariis non approbato, & indebitis horis celebrantes. Et *ſeſſ. 25. de regul. cap. 3.* contra moniales clauſuram non ſervantes; Et *ſeſſ. ead. cap. 16.* contra exemptos bona novitiis à religione exeuntibus non reſtituentes. *Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 33. num. 22. & in pracepta Decalogi. tom. 2. lib. 6. cap. 1. num. 14. Portel. in addit. ad dubia regularia. verb. Epiſcopus. num. 4. Villalob. part. 2. ſum. tract. 35. diffic. 5. num. 17. Barboſ. d. lib. & cap. num. 116.*

36 Præterea Religoſi omnes, *quantumvis exemti*, Eccleſias & decimas

cim

cimas à Laicis, abſque Epiſcopi Diœceſani conſenſu, recipere vetantur: *c. cum & plantare. in princ.* 1. *de privileg. c.* 2. §. *ſane. &* §. *diœceſani. de decim. in* 6. *Rebuff. de decim. qu.* 10. *num.* 31. *Lambertin. de jurepatron. part.* 2. *lib.* 1. *art.* 9. *&* 10. *Fachin. controv. lib.* 7. *cap.* 72. excommunicatos & nominatim per Epiſcoporum ſententiam interdictos vitare jubentur: *c. in Lateranenſi. de præbend. d. c. cum & plantare.* §. *excommunicatos. c. nulli. de ſentent. excommun. Covar. in c. alma mater. part.* 1. §. 1. *num.* 2. *eod. in* 6. *Ugolin. de cenſur. tab.* 2. *cap.* 13. §. 8. cenſuras & interdicta ab Ordinariis promulgata, in ſuis Eccleſiis, mandante Epiſcopo, publicare & ſervare hodie tenentur: *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 12. *Garcias de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 280. *& part.* 5. *cap.* 8. *num.* 87. *verſ. ad octavum. Tambur. de Jure Abbat. tom.* 2. *diſput.* 16. *qu.* 4. *num.* 9. *Barboſ. d. lib. & cap. jur. Eccl. num.* 149. ut & dies feſtos ſervandos in ſua diœceſi per Epiſcopum præceptos, ſervare: *Lezana d. tom.* 3. *verb. Epiſcopus. num.* 21. *Tambur. d. tom.* 3. *diſp.* 5. *qu.* 11. *num.* 54. *Riccius in praxi aur. reſol.* 210. *verſ.* 6. *Barboſ. d. loc. num.* 150. in Eccleſiis ad eos pleno jure, hoc eſt, quoad temporalia & ſpiritualia, non pertinentibus, inſtituere aut deſtituere Epiſcopis inconſultis prohibentur: *d. c. cum & plantare.* §. *in Eccleſiis. Gloſſ. in c.* 1. *de Capell. Monach. in* 6. *Barboſ. de clauſulis uſu frequ. clauſ.* 101. *Tuſch. tom.* 6. *lit. P. concluſ.* 364. *num.* 3. ut & in Sanctiſſimi corporis Chriſti feſtivitate, in Eccleſiis ſuis proceſſionem facere aut feſtivitatem celebrare: *S. Rituum Congreg. in Aretina* 11. *Decembr.* 1613. *& in Gaballicen. Inſul.* 28. *Auguſt.* 1615. Eccleſiarum, quas in uſus ſuos Ex privilegio Apoſtolicæ Sedis poſſunt convertere, poſſeſſionem ſine Epiſcopi Diœceſani auctoritate, invadere: *c. paſtoralis de privileg. ubi Abb. num.* 5. *Socin. num.* 8. *cum ſeqq. Petr. de Peruſio in tract. de union. cap.* 2. *num.* 3. *Rebuff. in praxi benefic. tit. de union. Gloſſ.* 11. *num.* 17. ſine Presbyteri Parochialis licentia, ſacramenta adminiſtrare, matrimonia celebrare; excommunicatos, vel aliis ſententiis innodatos, præterquam in caſibus à jure conceſſis, nî ipſo jure excommunicari, & excommunicati à locorum Ordinariis publicè velint denuntiari, à pœna vel culpa abſolvere: *can. interdicimus.* 16 *qu.* 1. *Clem.* 1. *de privileg. Barboſa. de offic. & poteſt. Parochi. cap.* 17. *num.* 46.

*cum ſeqq.* in ſuis prædicationibus Eccleſiarum Prælatis detrahere, li-
cos ab Eccleſiarum ſuarum frequentia vel acceſſu retrahere: *d. Clem.*
1. *§. quibus. Fr. Emman. quæſt. regular. tom.* 3. *qu.* 32. *art.* 2. *Farin. in*
*praxi crimin. part.* 3. *quæſt.* 105. *num.* 406. indulgentias in diſcretas
pronuntiare: *d. Clem.* 1. *§. quibus. Frat. Emman. qu. regul. tom.* 2. *qu.*
98. *art.* 2. *Azor. Inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 13. *qu.* 5. *verſ.* 5. te-
ſtamentorum factioni ſi adhibeantur, teſtatores à debitis reſtitutioni-
bus faciendis, legatis Eccleſiis matricibus relinquendis retrahere; ut
legata aut debita vel malè ablata incerta, ſibi, aut ſui ordinis fratribus,
aut conventibus, in præjudicium aliorum, relinquantur aut eroge-
tur, curare: *Concil. Lateranenſe ſub Leone X. ſeſſ.* 11. *conſtit.* 1. *verſ. &*
*pacem* à caſibus Epiſcopo reſervatis pœnitentes abſolvere: *Declar. S.*
*Congreg. ut referunt. Fr. Emman. qu. regular. tom.* 1. *qu.* 61. *art.* 13.
*Campan. in diverſ. Jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 63. *Garc. d. tract.*
*part.* 3. *cap. num.* 269.

37 Item ex decreto Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *de regularib. cap.* 11.
in *monaſteriis exemptis, quibus animarum imminet cura,* eam ibi ex-
ercentes, in iis quæ ad dictam curam & Sacramentorum adminiſtra-
tionem pertinent, & ab iis dependent, *Barboſ. jur. Eccl. univ. d. lib.*
*& cap. num.* 38. juriſdictioni, viſitationi & correctioni Epiſcopi in cu-
jus ſunt diœceſi ſita, immediatè ſubſunt. *Gregorius XV. conſtit. de ex-*
*emptor. privileg. incipit, Inſcrutabili. ſub dat. Nonis Februarii* 1622.
*Piaſec. in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 46. *Leo in theſauro fori Ec-*
*cleſ. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 105. *Fuſc. de viſitat. lib.* 2. *cap.* 16. *à princ. Fr.*
*Emman. d. tract. tom.* 1. *qu.* 36. *art.* 4. *Barboſ. d. tract. de offic. & poteſt.*
*Epiſc. cap.* 20. *§.* 4. *& cap.* 21. *§.* 5. *à princ.*

38 Item Monachi & Fratres, quacunque exemptione non obſtante,
ad omnes & quaſcunque proceſſiones publicas & conſuetas, aut pro
bono publico, aut honore, ab Ordinario, cui competit illud jus, de
conſilio *S. Congreg. in Elborenſ.* 14. *Jan.* 1617. non conſenſu *in eod.*
28. *Martii,* 1628. Capitulo indictas, in numero decenti; & conſueto,
tenentur accedere: *Frat. Emman. d. loc. tom.* 9. *qu.* 36. *art.* 1. *Leo. d.*
*tract. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 143. *Novar. in ſum. Bullar. tit. de proceſſion.*
*num.* 15. *Sacra Congreg. in Legionenſ.* 24. *Septemb.* 1605. *Toletan.* 4.

*Julii* 1615. *Laurent. de Parinis de privileg. Regular. ad conſtit.* 7. *Pii V.*
*§.* 29. *num.* 25. *S. Congreg. in Ferrar.* 27. *Julii* 1609. *vide Marantam*
*tom.* 3. *reſponſ.* 29. *num.* 17. Nè faciant, per cenſuras & pænas arbi-
trarias, aliaque remedia Juris ab Epiſcopo, ſed ſervatâ Gregorii XIII.
conſtitutiono, *incip. Expoſcit Paſtoralis officii, ſub dat.* 17. *Julii* 1588.
puniri poſſunt. *ſecund. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol.* 308. *num.* 5. *&*
6. *& in praxi aurea reſol.* 210. *num.* 1. *verſ.* 2. *Novar. d. tit. de proceſſion.*
*num.* 7. *in fin. Barboſ. d. lib. & cap. num.* 163. *cum ſeqq. Ciarlin. controv.*
*forenſ. cap.* 50. *num.* 21. *Novar. in lucerna Regular. verb. excommunica-*
*re.* Niſi ſpeciali defendantur privilegio: ut fratres ſub arctiori clauſu-
ra viventes; *Riccius d. reſolut.* 308. *num.* 2. *Leo. d. cap.* 2. *num.* 144.
*Novar. d. tit. de proceſſion. num.* 8. quales Benedictini, Ciſtercienſes,
Carthuſiani, Camaldulenſes diſcalceati, Cæleſtini, *Choppin. Monaſt.*
*lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 16. *Zipæus in Analyt. Poſtremi Jur. Eccleſiaſt. Enarr.*
*lib.* 1. *tit. de major. & obed. num.* 11. ut religioſi Societatis Jeſu, *ex con-*
*ſtit. Gregorii XIII. incip. Quæcunque* 19. *Julii*, 1576. *eſt in Bullario*
*novo tom.* 2. *pag.* 404. *Novar. d. verbo proceſſiones num.* 10. *aliique.*

Controverſias *de præcedentia inter Regulares*, etiam exemptos, 39
in proceſſionibus & aliis ſimilibus cauſſis exortas amotâ omni appella-
tione, brevi ſcilicet manu, de plano, ac ſine ſtrepitu & figura judicii,
*Leo d. parte.* 1. *cap.* 8. *num.* 18. *Campan. d. tr. cap.* 13. *num.* 120. *Novar.*
*in Lucerna Regular. verb. præcedentia. num.* 2. Epiſcopus, loci atten-
dens conſuetudinem, *Seraphin. deciſ.* 335. 665. *&* 964. *num.* 1. *Bald.*
*in c. cum olim. num.* 1. *& ſeq. de conſuet. & in l. obſervare §. antequam. ff.*
*de offic. Proconſ. Felin. in c. ſtatuimus. in princ. de major. & obed. Menoch.*
*conſ.* 51. *num.* 49. *& conſ.* 126. *num.* 2. etiam juri repugnantem, *Sera-*
*phin. deciſ.* 964. *num. Cavaler. deciſ.* 649. *num.* 1. componere poteſt.
*Concil. Trident. d. cap.* 13. *in princ. Fr. Emman. qu. regular. tom.* 3. *qu.*
37. *art.* 3. *Piaſec. d. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 47. *verſ. controverſias. Zerola. d.*
*verb. Proceſſiones. verſ. ad tertium. Campan. d. tract. cap.* 12. *num. ult.*
*& d. cap.* 13. *num.* 130. *Fuſc. d. tract. de viſit. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 66.

*Decimò* ſervare tenentur Religioſi religiosè Ordinum ſuorum 40
regulas, tam in habitu & converſatione, quam in jejuniis, orationi-
bus, divinis officiis, Sacramentorum frequentatione, lectione, Sa-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

crarum Litterarum ſtudio, & hujusmodi aliis, quæ à ſuorum Ordinum Auctoribus fuerunt inſtituta. *can. c.* 1. *can. placuit. can. interdi- mus. cum ſeq. can. decimas. verſ. communi. can. nunquam de conſecr. diſt.* 5. *juxta cum ſeq.* 16. *qu.* 1. *c. recolentes. c. cum ad monaſterium. hic: exiit. de verb. Signific. Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de regular. cap.* 1.

41 Quod ut faciant plura decreta de Capitulis aut Viſitationibus faciendis fuerunt infra promulgata. *De quibus infra Titulis de Præpoſitis Religionum, & de Viſitatione per Prælatos facienda, videbimus.*

42 Præterea circa *Monachorum vitam* ſtatutum; Nè carnes comedant in refectorio, *d. c. cum ad monaſterium.* 6. *§. in refectorio. hic. ca- carnem.* 82. *de conſecrat. diſt.* 5. nec extra, niſi neceſſitate cogente: c. *cum ad monaſterium* 6. *Clem.* 1. *eod.* olim ſemper; ex conſtitutione Benedicti XII. *cap.* 26. *teſte Cironio in parat. ad h. tit.* à prima dominica adventus, uſque ad Natalem Domini; & à Septuageſima uſque ad feſtum Paſchæ: Ut in cibo & potu modum ſervent, gulam & ebrietatem fugiant; *c.* 1. *ne Clerici, vel monachi.* conviviis cum cantionibus non interſint; *can. Clericum.* 9. *cauſ.* 22. *qu.* 1. *can. nullus. verb. ant- tare. diſt.* 44. tabernas, niſi in itinere ex cauſſa neceſſitatis, non ingrediantur; *c. clerici.* 15. *de vita & honeſt. Cleric. can.* 3. *nulli. cum ſeq.* 40. in eis inventi, è monaſterio, de Jure Civili expelli jubentur; *vel.* 131. cauponas aut ergaſterium, *d. can. nulli.* vel lanionis officium vel artem ludricam, *Clem.* 1. *eod.* nè exerceant; nè aleis, cubis, tab- ludiſque aliis ludant; neve ludentes inſpiciant, aut ſpectacula ed- vel edentibus interſint; *d. c. clerici.* 15. *eod. can. his igitur. diſt. can.* 1. *diſt.* 35. *can. nullus.* 7. *diſt.* 44. *can. non oportet. de conſecrat. di- c. cum decorem.* 12. *& d. c. clerici.* 15. *§. mimis. §. aleas. eod. tit. c. dilectos. de exceſſib. Prælat.* ut ſilentium inanis gloriæ hoſtem, *S. Cli- cus gradu* 26. ſervent: *c.* 1. *Ne Cleric. vel monachi d. c. cum ad mona- um. verſ. in oratario.*

43 Circa *habitum & veſtitum*, ſtatutum; ut veſtium formam, men- ſuram, colorem, (qui olim pullus tantum, *teſte Cardinale Ba- nio in Annal. Eccleſiaſt. ad annum* 393. *cap. fin.* poſtea creſcente Monachorum multitudine, ad Ordinum confuſionem evitandam, fa- varius, *niger, albus, variegatus.*) præfinitum, ſervent: *Clem.* 1. &

Cor
De P
et Benet
G

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tuimus*. Sic habitus non confundant, *c. 3. de regular.* temerariè, ni in monaſterium retrahi, *can. proclivis. 2. cauſ. 20. qu. 3. c. ult. eod.* & ipſo jure excommunicari velint, non deponant; *c. ut periculoſa. 2. Nè Clerici verb. Monachi. Bonacina de excom. in partic. diſp. 2. qu. 8. part. 6. Temerariè*, id eſt, abſque *cauſſa aut juſta*; ut vitandi periculi, *Suar. de cenſur. tom. 5. diſp. 23. ſect. 4. num. 27. & 29. Sanch. in præc. decal. tom. 2. lib. 6. cap. 8. num. 41.* aut *ſaltem apparentis*; ut expeditius currendi, ſaltandi, lapidem projiciendi cauſſa; *Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 33. num. 13. & ſeq. Fr. Emman. quæſt. regular. tom. 2. qu. 76. art. 6. notab. 2. Azor. Inſt. moral. lib. 2. cap. 13. qu. 5. caſu 16. & cap. 17. qu. 9.* modò ſic hominum aſpectui ſe exponant: *Tabien. verb. Excommunicatio. 2. caſu. 23. qu. 1. num. 2. Suar. d. diſput. 23. ſect. 4. num. 3. Sayr. de cenſur. lib. 5. cap. 35. num. 11.* Item nè habitum ſine cauſſa, eò ut cujus Ordinis ſint religioſi; & an ſint, ab aliis cognoſci nequeant, occultent: ſi faciant, excommunicantur: *Cajetan. in ſum. verb. Excommunicatio. cap. 61. Coriolan. de caſib. reſerv. part. 2. caſu. 2. de apoſtaſia. num. 23. Navar. in man. cap. 27. num. 131.* ut & ſi habitum gerant ſub pannis coopertum: *Clem. 2. §. dignitatem. de vita & hon. Cleric. Marquad. de Judæis. part. 1. cap. 4. num. 3. Maſcard. de prob. concl. 112. num. 1. & 2. Barboſ. d. lib. & cap. num. 99. cum. ſeqq.* Ex cauſſa neceſſaria, certa vel probabili, *per Extrav. de major. & obed.* hoc facientes, ab excommunicatione excuſantur: *c. pen. ubi Gloſſ. in verb. cauſſa. de vita & honeſt. Cleric. Gloſſ. verb. temerè in d. periculoſa. Sylveſt. in ſum. verb. habitus. num. 3.* Item, ut coronam amplam in capite gerant: *can. duo ſunt. 12. qu. 1. can. prohibete. 21. diſt. 13.* comam non nutriant: *c. 4. c. clerici. 15. de vita & honeſt. Clerics. can. ſi quis ex Clerici. 23. diſt. 23.* barbam radant: *c. 5. c. Clerici. 5. eod.* non lineis camiſiis, ſed laneis, olim ex cameli ſetis confectis, utantur: *Gregor. IX. in conſtit. Benedict.* Paulinus 2. *de vita S. Martini* canit; *Multis veſtis erat ſetis contexta Cameli.* & *epiſt. 7. ad Severum* dicit: *humiles horrentibus ciliciis.* & Tertullianus *lib. de pudicitia.* Monachos vocat, *Conciliatos, S. Conciliciatos, & concineratos.* ut Zonamriis (quæ olim pellicea, ad exemplum Eliæ & Joannis Baptiſtæ, *Germanus Patriarcha in Theoria rer. Eccleſiaſtic. Gaudent. Brixienſis ſerm. 2. Hieronym. epiſt. 8. ad Demetrium.*) præcingantur:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gantur: *Ciron. in parat. hic.* Veſtibus & calceamentis decorum non quærant. *can. fin. diſt. 41. c. clerici. 15. de vita & honeſt. Cleric. tot. cauſ. 21. qu. 4. Clem. 2. eod. Clem. 1. §. ſtatuimus. hoc tit. quam omnino con-ſule.*

44 Præterea ſciendum omnes Religioſos gaudere omnibus Clericorum privilegiis, quæ non repugnant Religioni: *can. doctos. cum ſupp. can. generaliter. 16. qu. 1. ut & infra de privileg. Clericor. oſtendemus;* illorum monaſteria à multis gravaminibus, quibus ab Epiſcopis gra-ri ſolebant, eſſe immunia; *c. nimis 1. & 2. ill. de exceſſ. Prælat. Clem. 1. eod. de quâ re lib. ſeq. de monaſteriis.*

# TITULUS XIII.

## De Monialibus & Sacris Virginibus.

### SUMMARIA.

1. *Monialium inſtitutum antiquiſſimum*
2. *Erant tempore Noachi.*
3. *Imitati Ethnici.*
4. *Quomodo hi eas legebant.*
5. *Chriſtianorum Monialium Religio & progreſſus.*
6. *De Earum nomine & votis.*
7. *Quæ in Canonibus de iis ſtatuantur ſpecialiter.*
8. *Quoad ingreſſum. Debet eſſe voluntarius.*
9. *Quid ſi qua eum impediant.*
10. *Quæ ætas, ut judicet… talis, deſideratur.*
11. *Quæ in Gallia.*
12. *Impubes ingreſſa religionem an poteſt egredi; Quando.*
13. *Ingreſſum præcedere debet examen & voluntatis exploratio. Cujus…*

14. Pr…